

E X T R A C T A,

E T

R E S I N Æ.

E X T R A C T A.

R A D I C U M Enulæ campanæ,

Gentianæ,

Hellebori nigri;

F O L I O R U M Rutæ,

Sabina.

IN aqua coque, exprimendo cola, & sepone, ut faeces subsident; deinde in pilularum crassitudinem decoque, circa finem caute evitato empyreumate.

E X T R A C T U M G L Y C Y R R H I Z Æ.

G L Y C Y R R H I Z A M recentem in aqua leviter coque, aquam exprimendo cola, & postquam faeces subsederint, decoque, donec digitis non cohaereat, circa finem caute evitato empyreumate.

E X T R A C T U M

L I G N I C A M P E C H E N S I S.

R. Ligni tinctilis Campechensis in pulverem redacti ꝑ. libram unam.

C O Q U E quater, vel saepius, in aquæ congio uno ad dimidium; deinde liquores simul mixti & colati in justam crassitudinem decoquantur.

E X T R A C T U M

C O R T I C I S P E R U V I A N I,

M O L L E E T D U R U M.

R. Cor-

R. Corticis Peruviani in pulverem redacti p. libram unam,

Aquæ m. libras decem vel duodecim.

COQUE per unam aut alteram horam, & liquorem effunde, qui tunc ruber erit & pellucet; cum friget vero, flavescet, & turbidus fiet; eadem aquæ mensura iterum affusa, denuo coque, ut prius, coctionem repetens, donec liquor frige factus maneat limpidus: deinde liquores hi omnes mixti & colati ad justam crassitudinem super ignem lenissimum vaporent, caute evitato empyreumate.

Hoc extractum sub duplici forma præparandum est; molliori ad pilulas formandas apta, & duriori, quæ in pulverem teri possit.

EXTRACTUM LIGNI GUAIACI, MOLLE ET DURUM.

R. Ligni guaiaci rasi p. libram unam.

COQUE quater, vel sæpius, in aquæ congio uno ad dimidium; liquores colati coquendo inspissentur; cum vero aqua fere tota exhalaverit, addendum est paululum spiritus vinosi rectificati, quo extractum in massam uniformem & tenacem reducatur.

Hoc etiam extractum sub duplici forma, molliori, & duriori, præparandum est.

EXTRACTUM JALAPII.

RADICI jalapii in pulverem redactæ affunde spiritum vinosum rectificatum, debitoque calore extrahatur tinctura; & residuum aliquoties in aqua coque: spiritum ex tinctura priori colata
ab-

abstrahe, donec spissari incipiat; item aquas colatas coque ad similem crassitudinem; deinde extracta misce, & leni igne in pilularum spissitudinem redige.

EXTRACTUM CATHARTICUM.

℞. Aloës Socotorinæ ꝑ. fescunciam,
 Medullæ colocynthidis ꝑ. drachmas sex,
 Scammonii,
 Seminum cardamomi minoris decorticato-
 rum, singulorum ꝑ. unciam dimidiam,
 Spiritus vinosi tenuioris ꝑ. libram unam.

COLOCYNTHIDI minutim incisæ, seminibusque contusis affuso spiritu vinoso, leni calore per quatrimum macera; tincturæ expressæ adde aloën & scammonium separatim in pulverem redacta; his solutis, spiritum abstrahe, & massam redige in pilularum crassitudinem.

GUMMI ET RESINA

ALOES.

℞. Aloës Socotorinæ ꝑ. uncias quatuor,
 Aquæ ꝑ. libras duas.

COQUE, donec aloë, quantum fieri potest, soluta fuerit, & sepone per noctem; resina ad vasis fundum præcipitabitur; liquor supernatans, si opus, colatus, admoto igne, vaporando consumatur, ut relinquatur gummi.

NOTA.

SI extracti conficiendi major sit copia, balnei calore commodissime spissatur.

OMNIA vero extracta aquosa paululo spiritu vinoso irrorentur, ne fitum contrahant.

OLEA